

Stephanus Galdeti

Positio cuiusdam bacallarii in Sorbona

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
22.07.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Positio cuiusdam bacallarii in Sorbona**

Utrum a primo necesse esse omnipotentia sit communicabilis creature.

Primus articulus est terminos declarare. Sunt autem quattuor termini.

5 Primus terminus est ly ‘primum’ vel ‘primo’ circa quem dico quod non dicitur primum in comparatione ad secundum, quia tunc essent plura necesse esse, sed pro tanto dicitur primum quia eo nichil est prius. Ista est sententia beati IERONIMI *contra Elvidium hereticum* sic arguentem: “Maria peperit filium suum primogenitum, ergo etiam peperit
10 secundo genitum”. Tenet consequentia, dicit hereticus, quia primum dicitur respectu secundi. Respondet Ieronimus negando consequentiam ostendens quod in probatione summitur falsum. Non enim dicitur primus post quem aliquis, || sed dicitur primus antequam nullus.

P2 51v

Secundus terminus est ‘necesse esse’, ubi sciendum quod per ly
15 ‘necesse esse’ non intelligo aliquam necessitatem nature aut conditionis aut consequentie quibus modis necessitatis utitur GRATIANUS in *Decretis* 23, questione 4, sed in proposito accipio necesse esse pro quodam complexe vel incomplexo significabili quod semper fuit et semper erit modo simpliciter incommutabili, et sic accipit COMMENTATOR in 4
20 *Physicorum*, commento 121.

Tertius terminus est omnipotentia, ubi sciendum quod primum necesse esse non dicitur omnipotens ex eo quod possit omne possibile, unde venerabilis ANSELMUS *Proslogion*, capitulo 7, Deum alloquitur in hunc modum: “Quomodo”, inquit, “omnipotens es si omnia non potes
25 vel non omnia potest? Non enim potes mentiri aut dicere falsum” etc. Et sequitur: “Domine Deus verius omnipotens es, quia hoc non potes, hoc enim posse non est potentie, sed impotentie”. Non igitur dicitur omnipotens etc. Sed pro tanto quia quidquid vult potest, est ergo omnipotentia voluntas eterna que frustrari sive impediri nullatenus
30 potest.

Quartus terminus est ‘communicabile’ pro quo notandum quod communicare B gradum C latitudini est facere quod C gradus sit B latitudo aut pars B latitudini loquendo de communicatione ad extra.

Prima suppositio que elicitur ex declaratione secundi termini:

1 positio — Sorbona] *in marg. sup. P1* 4 primus articulus] *iter. in marg. P1*
est] *sup. lin. P1* 5 primum] *iter. in marg. P1* 7 nichil] *nichil add. sed del. P2*
8 contra] *p. c. P1* 12 primus] *iter. in marg. P1* 14 secundus] *necesse esse add. in marg. P1*
21 tertius] *omnipotentia add. in marg. P1*
26 et sequitur] *om. P2* 31 quartus] *communicabile add. in marg. P1* ; secundus articulus *add. in marg. P1* 34 prima suppositio] *iter. in marg. P1*

primum necesse esse imperiti negaverunt indocte, quam probat, quia sicut omnes motus reducuntur ad unum primum et perfectissimum, scilicet circularem et uniformem et regularem, sic omnes cause reducuntur ad unam perfectissimam ymaginarie circularem, unde
 5 HERMES TRIMEGISTUS: “Deus est spera cuius centrum est ubique, circumferentia vero nusquam”.

Secunda suppositio que elicitur ex declaratione tertii termini est hec quia clara satis dimittitur ulterior probatio.

10 Tertia suppositio: quamvis omnipotentia primi necesse esse omnipotens sit active, nullum tamen contingens esse omnipotens est passive. Prima pars patet. Et secunda probatur, quia hoc maxime videretur de prima materia aut intellectu possibili. Set neutrum istorum est huiusmodi, nam sicut omnipotens active quecumque potest facere successive potest facere simul, ita omnipotens passive quecumque potest
 15 recipere successive potest recipere simul, et ita materia posset simul recipere omnes formas, et intellectus, omnes species.

Tertius articulus est ponere conclusiones. Et || sit prima conclusio ista: summus gradus bene essendi Deo immediatus nullo modo est creature communicabilis. Huius probatio fundatur super probatione quarti
 20 termini. Et probatur sic, quia si huiusmodi gradus esset communicabilis, aut foret illimitata natura aut creata essentia, per AUGUSTINUM, *De moribus Ecclesie*, capitulo 14. Si illimitata natura, igitur Deo non immediatus, quia nichil sibi ipsi immediatum. Si vero dicatur quod huiusmodi gradus est creata essentia, cum quolibet creata natura infinite
 25 distet a primo, non distantia loci aut situs, sed distantia perfectionis, sequitur quod huiusmodi gradus non sit Deo immediatus.

P2 52r

Ex ista secuuntur alie collaterales. Prima: nullus summus gradus bene essendi est Deo immediatus. Patet ex conclusione.

30 Secunda: ista de copulato extremo non est concedenda: ‘tota latitudo entis creabilis ad aliquem sibi intrinsecum terminatur inclusive et ad primum necesse esse, exclusive’.

Secunda conclusio principalis: etsi perfectionem speciei inferioris superior habeat eminenter, nichilominus perfectio speciei superioris

2 et] *sup. lin. P1* 3 scilicet] *sup. lin. P1* 7 secunda suppositio] *iter. in marg. P1* 8 dimittitur] *dimitto a. c. P1* 9 tertia suppositio] *iter. in marg. P1* 11 secunda] *pars add. P2* 12 set] *sed P2* 17 tertius articulus] *iter. in marg. P1* prima conclusio] *iter. in marg. P1* 22 non] *est add. P2* 25 sed] *p. c. sup. lin. P1* ; aut *a. c. P1* 27 ex ista] *corollaria duo add. in marg. P1* 30 creabilis] *om. P2* sibi] *extrinsecum add. sed del. P2* 32 secunda conclusio] *iter. in marg. P1*

inferiori communicari non potest. Prima pars patet, quia intellectum
eminenter continet sensitivum et vegetativum per illam communem
proportionem, sicut tetragonum etc. Secunda pars probatur, quia si
5 egrediens limites sue speciei potest esse homo vel angelus et finaliter
Deo frui.

Ex ista secuuntur alie collaterales. Prima: impossibile est omnem
perfectionem creabilem in uno individuo unitive concurrere.

10 Secunda: quod illa propositio est falsa ‘nullus gradus citra immensum
repugnat creature’. Et patet falsitas, quia opposita eius est vera ex
conclusionione.

Tertia conclusio principalis: omni perfectione ad extra communicata
aut communicabili potest ad extra perfectior communicari, nam
quidditates et perfectiones ymaginantur ad modum figurarum et
15 numerorum. Sed omni tali speciei potest Deus producere maiorem,
igitur.

Ex ista secuuntur alie. || Primum: iste argumentationes sunt *P1 24v*
sophistice ‘omni specie data vel dabili Deus potest producere maiorem,
ergo supremam speciem simpliciter infinitam Deus potest producere’.
20 Et fundatur ista et similes in illo sophistice || ‘omni parte continui est *P2 52v*
dare minorem’ etc.

Secundum corollarium, quod non inter quaslibet duas species
absolutas sunt possibles infinite — contra quemdam bachallarium.
Probatur: omnis quantitas continua est res absoluta, igitur dispositis
25 duabus quantitativibus, una per modum tetragoni, et altera per modum
pentagoni. Tetragonus et pentagonus forent species absolute, sed inter
illas nulla est possibilis media que sit tetragono maior et pentagono
minor, igitur propositum.

Item, vivere vegetativum embrionis immediate disponit ad vivere
30 sensitivum eiusdem, igitur nulle sunt ibi possibles species medie.

Ex istis ad questionem premittendo istam propositionem indepen-
denter agere nulli creature est communicabile. Probatur, quia nec
independenter esse. Patet consequentia, quia agere presupponit esse
quemadmodum actus secundus primum. Ex hiis patet pars negativa
35 questionis, scilicet quod omnipotentia non est communicabilis. Probatur:

7 collaterales] corollaria *add. in marg. P1* 12 tertia conclusio] *iter. in*
marg. P1 17 primum] corollaria tertie conclusionis *add. in marg. P1* ; prima
P2 23 quemdam] † *add. sed del. P2* 25 modum¹] *convenit add. sed del.*
P1 30 medie] *est add. sed del. P2* 31 ad questionem] *ad questionem add.*
in marg. P1

deitas nullo modo est creature communicabilis, igitur nec omnipotentia. Consequentia tenet, quia deitas et omnipotentia nullo modo differunt ex natura rei. Antecedens patet ex declaratione quarti termini.

- 5 Ultimum corollarium: nulli nature assume a verbo vel assumptibili potest virtus creativa seu omnipotentia communicari. Patet ex declaratione prefata. Hec de illa positione.

